



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XXXV. Vastatione Partium Superiorum Prussiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hermannus de Saltza IV. Ord. Teut. Magister General.*  
*Poppo de Osterna II. Magister Provincialis Prussiae.*

buntur uno die de omnibus finibus terræ Prussiae spreta & abjecta Religione fidei fratribus movendo bellum rebellarent. Congregati ergo Prutheni omnes quasi Vir unus & idem Sventopelcus factus fuit Dux & Capitaneus eorum & armatâ manu & brachio extenso intraverunt dictæ terræ partes inferiores, & omnes Veteres Christianos, qui de Alemania venerant in subsidium terræ Prussiae, miserabiliter occiderunt, mulieres & parvulos in Captivitatem perpetuam ducentes. Interfecerunt & Fratrem Conradum de Tremonia Virum devotum & in rebus bellicis circumspectum cum omni familia sua, & omnia castra præter Balgam & Elbingum expugnantes occisis fratribus & Christi fidelibus funditus everterunt.

## CAP. XXXV.

De

*Vastatione Partium Superiorum**Prussiae.*

NON longe postea idem Sventopelcus filius Diaboli congregavit iterum neophytos Apostatas, & ingredientiæ armata manu hostiliter partes superiores, sive terram Pomesania & Culmensem rapina & incendio devastabant, expugnantes & penitus destruentes omnia Castra & munitiones præter tria scilicet Thorun, Colmen, & Redimum, de populo etiam DEI ad laudem & gloriam ejus ibi habitante trucidaverunt IV. Millia, sic quod tota terra Prussiae videbatur Christianorum sanguine rubricata.

Q 3

CAP.